

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli ae  
cum fontibus primis

Aue, mi Paule karissime.

Cum sis uertex  
et altissimorum omnium moncium cacumen,

uis ita latere, ita sim tibi proximus  
ut alter tuus deputer.

Nam qui meus tuus apud te locus  
qui tuus uelim ut meus.

Optarem enim eius esse loci apud meos  
cuius sis, Paule, apud Christianos.

Seneca XII. epistola.

Aue, mi Paule carissime.

Si mihi nominique meo vir tantus  
et a Deo dilectus omnibus modis,  
non dico fueris iunctus, sed necessario mixtus,  
<optume> actum erit de Seneca tuo.

Cum sis igitur vertex  
et altissimorum omnium montium cacumen,  
non ergo

vis laeter, si ita sim tibi proximus  
ut alter similis tui deputer?

Haut itaque te indignum prima facie epistolarum  
nominandum censeas,  
ne temptare me quam laudare videaris,  
quippe cum scias te civem esse Romanum.

Nam qui meus tuus apud te locus,  
qui tuus uelim ut meus.

Pseudo-Seneca, *Epistolae Senecae ad Paulum et  
Pauli ad Senecam*, 12 (L. Bocciolini Palagi ed.,  
p.73, ll.2-10).

Lucius Annaeus Seneca Cordubensis,  
Sotionis Stoici discipulus,  
et patruus Lucani poetae,  
continentissimae vitae fuit,  
quem non ponerem in catalogo Sanctorum,  
nisi me illae Epistulae provocarent,  
quae leguntur a plurimis,  
Pauli ad Senecam, et Senecae ad Paulum.  
In quibus cum esset Neronis magister,  
et illius temporis potentissimus,  
optare se dicit ejus esse loci apud suos,  
cujus sit Paulus apud Christianos.

Hieronimus Stridonensis, *De uiris illustribus  
liber*, 12 (PL 23, col.629A-B).